

www.e-rara.ch

Oratio De Præstantia Atque Necessitate Bonæ Educationis

Burckhardt, Johann Rudolf

Basileæ, [1760?]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: KiAr F IV 3:31

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-74355>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ORATIO
DE
PRÆSTANTIA
ATQUE
NECESSITATE
BONÆ EDUCATIONIS,
HABITA

d. 30. Sept. 1760.

A
JOH. RODOLFO BURCARDO,
QUUM EX GYMNASIO
AD LECTIONES PUBLICAS
PROMOVERETUR.



BASILEÆ,

Typis EMANUELIS THURNEISEN.

ORATIO

DE

PRÆSTANTIA

A. 1702

NECESSITATE

EDUCATIONIS

IN

AMERICA


A

JOHN ROBERTO BURTON

QUONIAM IN GYMNASIO

AD PEDIUM PEDIUM

PROFECTUS



AMERICA

JOHN ROBERTO BURTON



“Οταν κρηπίς μὴ καταβληθῇ γένους ὀρθῶς.
Ἀνάγκη δυσυχεῖν τοὺς ἐκγόνους.

Hoc veteris Poëtæ dictum allegat, & dilaudat
Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς, præter alia addens ista :
καλὸς παρρησίας θησαυρὸς εὐγένεια, — καὶ μὲν δὴ καὶ Φρο-
νήματα τῶν ὑπόχαλκον καὶ κίβδηλον ἐχόντων τὸ γένος σφάλ-
λεισθαι καὶ ταπεινοῦσθαι πέφυκε. Et quidem nemo, opi-
nor, negabit, felices esse existimandos, qui nobili
genere nati, splendidaque progeniti sunt familiā;
sed aut omnia me fallunt, aut ista nondum fa-
ciunt vitam hominis omni modo beatam; Verissi-
me vetustus ille auctor græcus dixisse mihi videtur :
Ἐυγένεια καλὸν μὲν, ἀλλὰ προγόνων ἀγαθόν. Et quem fu-
git naturam institutione opus habere, & quo quis
meliora naturæ dona acceperit, eo pejorem evade-
re, nisi debita accedat cura atque diligentia? quem-
admodum videmus, quo melius terræ solum natura

fuerit, eo pejus fieri neglectu. Egrege ostendit LYCURGUS præclarus ille Lacedæmoniorum Legislator, quid hac in parte educatio institutioque vel in animalibus, quæ bruta nuncupamus, efficere queant: Duos prudentissimus iste Vir canes eodem partu editos educandos curavit, alterum quidem culinæ adhærentem voracem effecit, alterum vero in venatum secum adductum laboriosum reddidit; Quum igitur aliquando Lacedæmonii convenissent, magnum, inquebat, ad virtutis conceptum momentum sunt, viri Lacedæmonii, & mores & institutiones, & doctrinæ & vitæ præcepta, quæ ego vobis illico faciam manifesta; ponens itaque in medio patinam carnibus repletam & leporem, duos istos canes diverso modo educatos secumque adductos dimisit; Sed en! quid factum sit!

Venandi ad studium teneris formatus ab annis

Emissam insequitur dum celer ille feram;

Hic alter contra deses nutritus in aula

Projectos rapido tunc petit ore cibos.

Lacedæmoniis vero non statim conjectura assequentibus, quid istis sibi vellet LYCURGUS adiunxit: Hi parentum eorundem utrique, diversam
nacti

nacti educationem, ille quidem vorax, iste vero venaticus evasit, scilicet:

*Sic genus excolitur studiis, sic degener exit
In vitium, incultæ nobilitatis honos.*

Neminem Vestrum, AUDITORES EXOPTATISSIMI, id negaturum & in aliam discessurum esse sententiam, arbitror. Profecto ut fuerunt educatio institutioque, ita erunt pueri adolescentesque in adultiore ætate, imo in omni vita formati. Non possum, quin hanc in rem afferam verficulos illos celebris Tragœdi EURIPIDIS:

Διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν,
Διάτροποι δὲ τρόποις · ὁ δὲ ὀρθὸς
Ἑσθλὸν, σαφὲς αἰεὶ.
Θ' αἱ τροφαὶ παιδευομένας
Μέγα φέρουσ' εἰς ἀρετάν ·

Equidem me non fugit, haud paucos extitisse, qui sine Præceptoribus atque institutione & doctrina maximas gesserint res, memoriamque fui magna cum laude consecrarint immortalitati; Sed hic valet id, quod CICERO in oratione pro Archia dixit: „Ego, inquebat, multos homines excellenti „animo atque virtute fuisse, & sine doctrina na-

„turæ ipsius habitu prope divino graves extitisse
„fateor”. Etiam illud adjungo, sæpius ad laudem
atque virtutem naturam sine doctrina, quam do-
ctrinam sine natura valuisse; atque id ego contendo,
cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit
ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud,
nescio quid, præclarum ac singulare solere exsistere.
Hac nimirum ratione adolescentum indoles acuitur;
cavetur, ne eorum ullus in lubrica illa ætate
impingat, in qua est

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,

ita ut nemo, nisi qui hospes, qui plane ignarus earum
est rerum, iturus sit infitias, inde in omnem Rempublicam
emolumenta redundare multo maxima; Ea certe ratione
recta adolescentum indoles excitatur, atque ad vitæ sanctitatem,
ad pietatem in Deum & homines impellitur, mala emendatur
atque a vitiis avocatur.

Ecquis igitur dubitabit, quin totius Reipublicæ permagni
interfit, liberos bene institui, & ab ineunte ætate, quoad
licebit, disciplinis atque bonis moribus imbui. Quantam
itaque curam impendere debet Magistratus, scholæ ut bene
sint constitutæ?

Quan-

Quantam diligentiam Parentes, ut ii, quibus curam suorum puerorum erudiendorum committunt, ad grave id munus peragendum apti existant, imprimis quum ipsi plerumque liberos suos instituerent, mores eorum moderari, atque emendare nequeant; Apud Græcos jam pridem in proverbii locum abiit:

Πατὴρ ἀνούθετος παῖδα νοθεύει.

Pater, qui non potest corrigi, corrigit filium.

D I X I.



1. The first of these is the fact that the
 2. the second is the fact that the
 3. the third is the fact that the
 4. the fourth is the fact that the
 5. the fifth is the fact that the
 6. the sixth is the fact that the
 7. the seventh is the fact that the
 8. the eighth is the fact that the
 9. the ninth is the fact that the
 10. the tenth is the fact that the

1. The first of these is the fact that the
 2. the second is the fact that the
 3. the third is the fact that the
 4. the fourth is the fact that the
 5. the fifth is the fact that the
 6. the sixth is the fact that the
 7. the seventh is the fact that the
 8. the eighth is the fact that the
 9. the ninth is the fact that the
 10. the tenth is the fact that the

DIXI

